Bibliotheca
Chymica
Borelli


VERSANTUR HIS TRIBUS

BIBLIOTHECA CHIMICA.

SEV

CATALOGVS LIBRORVM PHILOSOPHICORVM HERMETICORVM.

IN QVO QVATVOR MILLIA circiter, Authorum Chimicorum, vel de transmutatione Metallorum, re Minerali, & Arcanis, tam manuscriptorum, quam in lucem editorum, cum eorum editionibus, vsque ad annum 1653. continentur.

Cum eiusdem Bibliothecæ Appendice, & Corollario.

AVTHORE PETRO BORELLIO Castrensi, Medico Doctore,

PARISIIS,

Apud { CAROLVM DV MESNIL, via Iacobea, ad Insigne Samaritanæ iuxta Sanctum Iuonem. Et THOMAM IOLLY, via Veteris Enodationis iuxta terminum Pontis D. Michaëlis, sub Scuto Hollandico.

M. DC. LIV.

Cum Priuilegio Regis.

collationné le 24 mars 1879

F

NOBILISSIMO, AC Eruditissimo viro D. D. Christophoro Hattono, Angliæ Pari, à Consiliis serenissimi magnæ Britanniæ Regis Caroli primi, &c.

NON nobis solum, sed & vniuersæ hominum societati nascimur, (meritissime ac eruditissime Domine,) quare si quid in hac terrestri peregrinatione cognoscere mihi Dei benedictio concessit, id publici Iuris statim faciendum esse non dubitaui, hoc consilio, non ita pridem obseruationes meas candidè & sine fuco in lucem misi, in quibus multa ægris, naturæque cognitioni valdè vtilia continentur, vt incognitis etiam auxilio esse possem; multa adhuc paraui, imò quæ ætatem meam superare, quorun-

dam, eruditorum certè, sed fortasse nimis amicorum iudicio videntur, ab sit iactantia dictis. Multi mihi huiusce rei testes oculati, in hac vrbe mundi capite extant, laborisque mei circa animalium, plantarum, & mineralium historiam, aliaque de omni ferè scibili curioso, quæ enumerare tædiosum esset, vt meum, de vita & placitis Democriti opus absolutum taceam, in quibus nullo parcens labori, innumerorum Authorum lectioni incubui, vt hominibus prodesse possem in penetrandis obscurissimis veritatis inuolucris, eáque ab hoc profundissimo in quo delitescit puteo eruendâ; nil enim adhuc verè sciunt homines, titubant doctiorum mentes, & ad mortem vsque edíscunt, maiora adhuc ignota relinquentes, at interim, proh dolor, falsa innumera in scholis edocentur, quibus adolescentum ingenia tanquam veneno pestifero adeo præoccupantur, vt meliora, tandem respuant. Vniuscuiusque igitur est aliquid ad

hanc veritatem detegendam conferre, vt nuda tandem ob oculos omnium proponatur. At multorum conatibus obstat res angusta domi, quod de me dicere non erubesco, quare non mediocriter timeo ne vigiliarum mearum fructus ideo sub puluere delitescant, ni mihi nouus quidam exsurgat Mæcenas qui manum mihi porrigens, me in sublime rapiat, sed Deus opt. max. decretum suum peraget, mihique voluisse sufficiet.

Cum autem à te benigniter & humanissimè exceptus, semperque ingrati animi hostis acerrimus extiterim, meam hanc Bibliothecam Chimicam, tibi dicare non dubitaui, licet huic scientiæ (quod ad transmutatoriã eius partem attinet) operam nunquâm dederis, aliâ contentus, quæ tot ad sanitatem optima profert, tutò, citò, & iucundè, morbos expellentia remedia, vt fons eorum inexhaustus meritò dici possit, in qua verê asserere possum, te maximos, imò tantos fecisse pro-

gressus, vt doctioribus medicis antepo-ni merearis, sicque, doctrina ne, an nobilitate antecellas iure dubitari possit. Video equidem huius artis & veritatis hostes, opus istud meum despecturos, sed tuis fultus auspiciis & approbatione nil timebo, nam

Hæc quoque quæ facio iudex mirabitur æquus
Scriptaque cum venia qualiacunque leget.

Sat enim erit mihi veris placere Philosophis ac Medicis, quorum vnus mihi pro populo est, vt dixit olim optimè antiquus quidam Philosophus. Quidquid fremant igitur, & allatrent mysochimici, spero tamen vtile futurum, tum iis qui Bibliothecas instruere cupient, tum qui Authorum quorundam opera exquirent, cumque in eo præterea, arcanorum & mineralium libri indigitentur: libellum hunc igitur oculis percurrere dignare, (vir eruditissime) meliora tibi tanquam meritissimo viro parantur, quæ tibi

gratiora, & eruditorum reipublicæ vtiliora erunt. Interim hunc tanquam sinceri animi, tibique deuinctissimi pignus accipe, Vale.

Parisiis, Kal. Ianuarij 1654.

Tibi addictissimus
PETRVS BORELLVS
Medic. Castrensis.

PRÆFATIO,
De huiusce libri vtilitate.

NON parum sæpe miratus sum, homines, qui nullum ferè argumentum in scriptis intactum reliquerunt, Bibliothecam Chimicam non adhuc composuisse, quare amicorum suasione motus huic operam dedi, maioremque Authorum numerum quam mihi pollicitus eram nactus sum, adhucque indies detego, adeo vt sperem, me tibi secundam partem huius Bibliothecæ breuì daturum, ordineque meliori, vt pote cronologicè, cumque præcipuorum Authorum vitis compendiosis, semper enim Authores in posterum colligam, quare

curiosos omnes huic operi manum admonentes obsecro, vt mihi quæ in libro meo desiderantur communicare dignentur, suo enim, si ita cupiant nomine honoris ergo prodibunt.

Vsus autem huius operis multiplex est, licet iam quosdam illud inutile futurum esse, obgānniuisse, audiuerim, in hoc C. Gesnero, Lycostheni, Simlero, Draudio, Verderio, Vignerio, Antonidi Vanderlinden, Chesneo, Paschalio, immunerisque aliis Bibliothecarum similium contextoribus iniuriam facientes.

Primo enim vtile erit, Chimicæ rei studiosis exquisitos enim rimatores nil latere debet, quodque in vno libro est diminutum, in alio est completum, sicque visuri sunt Authorum omnium consensum. Authorem autem, incognito eius nomine, à Bibliopolis vt plurimum petere non possunt. Cumque Treuisanus olim opus suum exoptatum tardè librorum tantum penuria attigisse asseueret, non iam amplius artis illius inquisitores de hac re conqueri poterunt.

Secundo cum quis Authores qui de minerali quodam vel alio Chimico argumento ex professò disseruerunt pernoscere cupiet, in hoc libello optata facilè reperiet, cum & iuxta materias præcipuas, & iuxta nomina indicem Alphabeticè concinnauerim,

Tertio, si quis opera omnia Authoris cuiusdam sibi in deliciis præ cæteris habiti, scire exoptet cum eius editionibus variis, hæc etiam in syllabo isto, eius Appendice, & Corollario reperturus est.

Quarto, Bibliothecariis etiam vtile erit opus nostrum, ad scrinia librorum, selectis & exquisitis libris oneranda.

Quinto, Bibliopolis & eruditionem (cum hoc Catalogo, Chimicos libros iis incognitos cognituri sint) & lucrum afferet, emptorum enim numerum augebit, qui sæpe Authorum nominum penuria, vel editionis ignorantia libros vel non emunt, vel reperire nequeunt.

Sexto, magna hæc Philosophorum turba veritatis Alchimicæ non mediocre erit argumentum, cumque Ventura, Maierus & alij, tercentorum Authorum nominatione glorientur, te nostri laboris iudicem relinquo.

Septimo, Authoribus, vitali fruentibus aura, vel eorum filiis, etiam, gratissimum erit opus istud, cum operum suorum Elenchum in eo visuri sint, quo vbique terrarum eos huic rei operam nauasse patebit.

Octauo, innumeri extant apud exteras nationes viri qui Gallorum libros, innumerique in Gallia qui aliarum nationum libros extare non audiuerunt, Catalogo autem nostro omnes omnibus innotescent quorum

editionis indice, eos à Bibliopolis emere poterunt vt opera sua exquisitè, nihilque omittentes perficere queant.

Nono, non solum Alchimiæ, sed & de re minerali & secretis Authorum, vel curiosis vtile erit.

Decimo, si quis Authorum Chimicorum corpus, vt pote, Ægyptiorum Hæbræorum, Arabum, Syrorum, Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Gallorum, Germanorum, Heluetiorum, Polonorum, Anglorum, Italorum, Hispanorum, &c. vel Poëtarum, mulierum, &c. facere cupiat, ex eo omnium nomina facilè decerpere poterit: non inutile etiam illis erit qui Lullij opera omnia in lucem simul edere vt audio moliuntur, nec iis qui alterius Philosophi idem facere instituent.

Si autem dicat aliquis, nil noui affers, hæc enim in aliis extant Bibliothecis amplissimis Gesneri, Draudij, &c. Respondeo, vigesimam Bibliothecæ meæ partem vix in iis contineri, meque ab instructissimis curiosorum musæis Authorum nomina maxima cum sedulitate, qui ad annum vsque 1653. extiterunt deprompsisse.

EXTRAICT DV *Priuilege du Roy.*

PAR Grace & Priuilege du Roy, donné à Paris le dixiéme jour de Nouembre 1653. Signé, Par le Roy en son Conseil, PELISSON: Il est permis à PIERRE BOREL, Medecin de Castres, de faire imprimer par tel Libraire qu'il aduisera bon estre, vn Liure, intitulé, *Bibliotheca Chimica, seu Catalogus Librorum Philosophicorum Hermeticorum, &c.* Pendant le temps & espace de cinq ans, à compter du iour qu'il sera acheué d'imprimer. Defendans tres-expressement

à toutes perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles puiſſent eſtre, d'imprimer ou contre-faire ledit Liure, ny d'en vendre & diſtribuer d'autres que de ceux qui auront eſté imprimez par ceux qu'aura choiſi ledit Borel, à peine aux contreuenans de 3000. liu. d'amende, & autres peines portées par ledit Priuilege.

Ledit Borel a cedé le droict du preſent Priuilege à Charles du Meſnil, & Thomas Iolly, Marchands Libraires à Paris, pour ce qui concerne ce liure.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 18. Decembre 1653.

PETRI

PETRI BORELLI MEDICI CASTRENSIS, Bibliotheca Chemica.

SEV, PLVS QVAM TRIVM millium Authorum Chimicorum, & de transmutatione metallorum, Catalogus: Vt &, aliorum librorum de re minerali, & secretis naturæ, tam Manuscriptorum, & in Bibliothecis Reconditorum, quam in lucem Editorum vsque ad hunc annum 1653. quotquot ad Authoris notitiam peruenire potuerunt.

Apposuimus etiam libris, volumen, locum, & annum quo Editi fuerunt, aliáque necessaria, cum ea videre nobis contigit. Authores autem quorum nomen solum recensuimus Chimici sunt. M S. id est Manuscriptum.

A

AARON, in Allegoriis sapientum ludatus.

Sub Abacuck nomine extant Chimica dicta.

Abagazel, ex Nasari relatu Chemicus est.

Abel, in libro gloriæ mundi laudatus pro Chemico.

Abenhaen ex Ernesto est Chimicus author.

Abenragel, pro alchimista etiam citatur.

Abmimazar, in Rosario cum figuris citatus, idem forsan est cum Albumazar.

Abraham Iudæus, apud Flamellum, vbi quædam ab eo excerpta videntur.

Eundem MS. vidi, cum fig. & explicatione quadam idq. Lutetiæ in 4.

Idem de arte Cabalistica.

Abrahamus è portu leonis, tres edidit libros de auro Venetiis 1586. in 4. apud Portam.

Abraamo etiam tribuitur liber Chemicus, Ietsira, dictus, valdè obscurus.

Abrisius. Ex Quercetano Chimicus est.

Abubasæ, a cetum Philosophorum.

Abuhali seu Hasen filius Hali, alchimista est.

Accursus glossator, super rosarium Arnoldi, ex Nasari relatu.

Achiratus, ab Hortulano citatus.

Acratus in turba latina citatus.

Acsubosen, Acsubofes, vel Acsubofer in turba latina laudatur.

Actomanus Chimicus.

Actorienes, Chemiæ scriptor ex Hortulano.

Actor, Chimicus est, ex Seniore.

Adabesis tractatus, de quo fit alchemia solis & lunæ, ex Nasari relatu.

Adalmos, ex Platone.
Adam, ex Rosario figurato.
Filius Adæ, in turba recensetur.
Adarmath, ex Morieno.
Ademarus, in Gebrum.
Adfar, apud Artephium citatur.
Adomat, ex Anonimi lib. :. Chimicus est.
Adresse des Errans de Platon, iuxta Treuisanum.
Adrianus Cardinalis, Vide Dastin.
Adros Arabs.
Adrox (Forsan Adrop) Philosophicus. Germanicè.
Ægidij de Vadis Dialogus inter naturam & filium artis.
Eiusdem, tabula diuersorum metallorum, in Theatro Chemico.
Idem reperitur cum tractatu Penoti abditarum rerum Chimicarum, Francof. Edit. 1595. 8.
B. Ægidius Eremita.
Ægidius Magister Hospitalis, qui fecit librum de r25. (Forsan de 12. tantum legendum est) lapidibus, ex Rosario figurato Chimista est. Alij hos separant, & separatim legunt, Ægidium, & Magistrum Hospitalis.
Ægistus, in Verbo dimisso Treuisani citatus.
Ælia, Lælia, Crispis. Epitaphium Bononicum explicatum à Richardo [illegible], Bastin-

ſtochio Durdrech 1618. in 8.

Ærarium Philoſophorum. M S.

Afies, ex M S. Veteri.

Afflictes, in turba Philoſophorum, ex Arthero Dee citatus.

Afflontus in turba latina eſt.

Africanus, in turba citatus Chimica.

Agadmon, Agadimon, vel Agdmion, Chimicus eſt.

Agathodæmon græcus, ex Combachio in Ripleum Chimicus eſt.

Agmon, in turba, ex Hogghelande Chimicus eſt.

Giouan. Batiſta Agnelli eſpoſitione Sopra vn libro intitolato Apocalypſis Spiritus Secreti in Londra 1565.

Agodias Chimicus ex gloria mundi.

Io. Agricola, in Poppium 4. vol. 2.

G. Agricola de re metallica lib. 12. Baſil fol. 1621.

G. Agricolæ Philopiſtij Germani, Lapis Philoſophorum, Coloniæ 1531. in 24. ſeu Galerazeia vel reuelator Secretorum de lapide Phil.

Id. De Arabico Elizir.
De Auro Potabili.
Et Pomis Paradiſi.
Dialogi Ioachimi, & Danielis.

H. Cornel. Agrippa, quædam Chimica & de igni Secreto dixit in vanitate ſcientiarum & alibi.

Ahabas, ex Naſari Chimicus eſt.

Ahebit, ex Locatello (forſan Errato pro Thebit) Chimicus eſt.

Alani Philoſophi Germani, dicta de lapide Philoſophorum.in Theatro Chimico. Et Lugd. Bat. 1599. 8. apud Raphelengium.

Alanus de inſulis. MS. in Anglia.

A. Henricus de Alamania. MS.

Alberti magni de mineralibus breue compendium in Theatro Chimico.

Idem. De Concordantia Philoſophorum in lapide Philoſophico.

Id. De Alchimia in Theatro Chimico.

Eiuſd. Compoſitum de compoſitis.

Eiuſd. Octo Capitula.

Eiuſd. Compendium Alchimiæ.

Id. De Quintis Eſſentiis, at Spurius ex Naudæo eſt, eſtque Ioh. de Rupeſciſſa.

Id. De Rebus metallicis & Mineralib.lib.5. 1568. in 1·.Colo.& 1541. 8. à Gualt. Riff. Argentorati.

Eiuſdem Tramita ex Treuiſano.

Eiuſd. Secretorum tractatus, ex arte Aurifera.

Eiuſd. Opera omnia Lugduni, fol. 1652.

Eiuſd. De Alchimia liber, extat cum veræ Alchimiæ aliquot ſcriptoribus, à Grataroio collectis.

Id. In Arborem Ariſtotelis. Ibid.

Eiuſd. Semita recta.

Eiusd. Opus optimum & verissimum de Secretis Philosophorum ex Nasari.
Eiusd. Ars Alchimica.
Id. De Sigillis lapidum.
Id. De Generatione lapidum.
Eiusd. Semita Semitæ (quæ etiam Arnaldo tribuitur) ex Nasari.
Alberti de Padua tractatus Chimicus ex Nasari.
Albenagrus, ex eodem.
Albidex, idem forsan cum sequenti.
Albides, in Thesauro Philosophiæ citatus.
Constantini Albinij, Villanouani Magia Astrol. seu clauis sympathiæ metallorum, lapidumque cum Planetis Paris. 1611. 8. Dan. Gillius.
Andr. Albi Med. Bonon. de aquis Dial. ex Nasari.
Albohali Chimicus est, ex Petro bono Lombardo, & Locatello, qui eum Auicennæ filium fuisse dicit.
Alboales Auicen Albiscenus Arabicus, super operatione artis, ex Nasari.
Eiusd. Opusc. super lapide Naturali, ex eod.
Idem. Super lapide Veget. ex eod.
Idem. De re recta ad Regem Nasam (alias Hasem) ex eod.
Idem. De anima & conclusiones 12. ex eod.
Eiusd. Quædam addita super 4. Methauro-

tum (Meteororum) Aristotelis, ex eod.

Eiusd. Tractatus de Mineralibus, ex eod.

Eiusd. Decem capitula aquæ, ex eod.

Albubechar, ex Nasari est Author Chimicus.

Albuezar, ex eod.

Albugazal Platonis magister, & frater Bendegid, ex Bernardo Treuero.

Albumasaris. Epistola ad Regem quemdam M S.

Eiusd. Opus valdè pulchrum, ex Nasari.

Alchidonus, ab Alano citatus.

Alchemiæ quam vocant, artisque metallicæ quam vocant, doctrina certusque modus, scriptis tum nouis, tum veteribus, duobus vol. comprehensus, Basil. per Pet. Pernam. 1572. in primo sunt 8. tractatus in alio 13.

A Reuelation of the secret Spirit Declaring-the, mosts secrets o Alchimy. Lond. 1523. 8.

Ingenio de l'Alchimisti moderni.

Comment. super artem Alchimiæ, à Nasari citatum.

Speculum maius sacræ artis Alchimiæ. M S.

Alchimia vera. Germanicè.

De Alchimia opuscula quam plura veterum Philosophorum, in hoc libro sunt. 9. tractatus, Francof. 1550. 4.

De iure artis Alchemiæ veterum Authorum

præſertim Iureconſultorum Iudicia, & reſponſio ad quæſt. an Alchimia ſit ars legitima, cum Chryſippo Faniano Baſil. 1576. 8.

Philoſophi antiquiſſimi libellus de Alchimia

Clauis Philoſophiæ, & Alchimiæ in fol. per Rob. Flud.

Alchemiæ Lexicon.

De Alchemia volumen. Norimbergæ 1541.4.

Alchemiæ quam vocant, artiſque metallicæ doctrina Baſil. 1572. 8. vol. 2.

Alchemiæ veræ ſcriptores veteres. Baſil. 1561. fol.

Alchindes de radiis. M.S. Lutetiæ apud D. de Loberie.

Eiuſd. Speculum Lucis.

Alchirindus, à Lullio memoratus.

Alcidenus, à Saure memoratus.

Aldemari Canonici Carthuſienſis, in Geberum de perfecto magiſterio Comment. à Naſari citatus.

Alector, hiſtoire fabuleuſe, par P. Fradin, 8. 1560. à Lyon.

Alemanni de Bohemia tract. de lapide Philoſ. ad Bonifacium, 8. à Nazari citatus.

Alexandrinus ad Theodoſiã Sororem, ex eod.

Prior Alexandriæ, Chimicus eſt ex Stolcio.

Alexandri Epiſtola Chimica, cum Clangore Buccinæ.

Eiusd. Liber Secretorum ex Zachario.

Eiusd. Epistolæ expositio, ex Nasari.

Alexis Pedemontani Secreta, vbi multa Chimica sunt. idem Gallicè auctior.

Alfabetum artis Alchimicæ, à Nasari citatum.

Alfimeleth Arabs fecit mysterium matrimoniale de Chimia. Alibi Alsimelethus dicitur. Idem forsan est ac Atesimalef.

Alfidius, vide Alphidium Monachum.

Alphidius ad Regem Ali. MS.

Alfonsi Regis Castellæ, sapientissimi Arabum Philosophi, liber Philosophiæ Occultioris, præcipuè metallorum profundissimus, in Theatri Chimici, tom. 5.

Eiusd. Clauis sapientiæ incipiens, quia semper Honoratiss.

Algazel, ab Anonimo Theatri Chimici laudatus.

Alhomianes, à Seniore citatus.

Ali, forsan Legendum Haly, vide Haly.

Alkius, ex tabula Paradisi Chimicus Author est.

Alkides, Chimicus Author.

Alkindes, vide, Alchindes.

Allani, (idem forsan cum Alano) quædam dicta perpulchra, Chimica ex Nasari.

Idem, De Rotatione Elementorum, ex eod.

Allegoriæ sapientum, & distinctiones, 29. in Turbam, in Theatro Chimico.

Almazatus, Author Chimicus, ex Querceta-

no. Illumque vidi. MS. & dicitur seruus Regis Charmasart.

Almeon, à Bono Ferrariensi laudatus.

Aloysius Marlianus, de aureo vellere.

Alphidius de Sigillis.

Eiusd. Secreta artis Chimicæ, Lutetiæ, apud D. de Loberie.

Eiusd. Lib. 3. Chimici cum fig. MS.

Eiusd. Epistola ad Regem Neapolit.

Eiusd. Domus Thesaurorum, ex Nasari.

Eiusd. 5. Claues, ex eodem.

Alphonsus, vide Alfonsum..

Alridas Chimicus est, ex tabula Paradisi.

Alstedius in Encyclopædia sua, de Chimia agit.

Cornelius Aluetanus Amsrodius, de conficiendo diuino Elixire, seu lapide Philosophico, extat in Theatri Chimici, vol. 5.

Alze, liber Chimicus, in Musæo Hermetico.

Ambadagezir, ex Bernardi Treuerensi opusculo Chimicus est.

Ambigadaxar magister Platonis Chimici, ex Nasari.

Amadisij liber 14. Gallicus, Chimicus est sub fabulis & hist. vt patet ex cuiusdam in illum præfatione, vbi multos eiusmodi libros enumerat, Chimicosque dicit.

Amech Hebræus.

D. Petri Amelungij tractatus nobilis, in quo de Alchimiæ necessitate, & vtilitate

&c. agit Lipsiæ, 8. 1607.

Eiusd. Apologia, seu tractatus nobilis secundus pro defensione Alchimiæ aduersus Boxelium, ibid. 1608.

Amigantus, vel Amigantius, Author Chimicus.

Gaspar Amthor, Chrysoscopion, seu Aurilogium, Ienæ, 1632 4.

Eiusd. Memorabilia Med. in quibus multa sunt Chimica, ibid.

Georg. Amuald. de Panacæa.

Eiusd. Glossema in Libauij Epist. &c.

Anagoras Author Chimicus.

Ananias, Author Chimicus, à tabula Paradisi citatus.

Bart. Aneau, vide Annulum.

Anapagoras, ex Zachario Chimicus est.

Anastratus, ex Hogghelandeo, de artis difficultatibus, & turba, Chimicus est.

Anaxagoras, in Turbam Philosophorum latina citatus, & in lib. 4. Anonimi de Massa Solis & Lunæ.

Anaxagoræ conuersiones. MS. in Anglia.

Andernacus, Chimicus, ex Libauio.

Pet. Andreas, de viribus, & præp. Antimonij, 563. Pictauiis.

Andreæ, omnis boni liber, de auro Potabili, Ex Nasari.

Androicus Episcopus, & Apostolicus Dominus, ex Rof. figurato Chimicus est.

Andronicus Chimicus Author, à Querceta-
no memoratus 105.

Androtas Chimicus.

Anepigraphus Græcus Chimicus, ex Com-
bachio in Ripleum.

Angelus Sala, de Anatomia Vitrioli.

Idem, de Laudanis Bezoardicis, vide Salam.

Angelus, vide Hieron. de Zanetinis.

Anicebron Chimicus Author.

Animaduerſiones, Chimicæ, 4. quibus ars
tam Theoricè, quam Practicè, Enodatur,
in Theatri Chimici, vol. 5.

Annulus, ſeu Aneau, in Euonymum Geſne-
ri, de Secretis.

Annus Philoſophicus, liber Chimicus.

Anonimi comment. in Coſmopolit. 12.
Capit. & Epilogum. Germanicè cum figu-
ris, aliiſque Authorib. vt pote in Pontan
Epiſt. comment. in Epiſt. Chemicam
Mathioli ad Andr. de Blaum, &c.

Idem, Gallice, curis meis, traductus.

Anonimi Græci Chimici, qui in Bibliotheca
Italiæ ex Geſnero extant.

Liber de mutatione metallorum quæ vulgo,
χύμια, dicuntur, ἤγουν ἀρχύμια.
Κατασκευὴ ἢ μεταποίησις μετάλλων.
Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς χρυσοποιΐας.

Anonimi tractatus, de Secretiſſimo anti-
quorum Philoſophorum Arcano. Lipſiæ,
1611.

1611. 8. & in Theatro Chimico.

Propositiones, 22. in quibus veritas totius artis Chemiæ Breuissimè comprehenditur, ibid.

Anonimus, apud Rhenani Decades.

Anonimi multi, post Iustum à Balbian, in Theatro Chemico.

Anonimorum multorum Carmina in Theatri, vol. 3.

Enumeratio specierum quibus potest iungi cælum nostrum Philosophicum. Ex Nasari.

Anonimus antiquus Delphinas, in Theatro Chemico.

Capita aliquot de magni lapidis, seu benedicti compositione, & operatione, incerto Authore, ibid. tomo 3.

Philosophi antiquissimi libellus de Alchimia,

Anonimus de magni lapidis compositione. alius à prædicto.

Anonimi tractatus Philosophicus, ad Rubrum, & Album, in Theatri Chimici, vol. 4. & incipit. primo Parabis.

Anonimi Philosophi veteris consilium coniugij seu de Massa Solis & Lunæ, libri 3. in Theatri Chim. vol. 5.

Monachi Epistola ad Hermannum Archiepiscopum Coloniensem, in Theatri, vol. 5.

Anonimus, in Allegoriis sapientum.

Arcanum Philosophiæ Hermeticæ, Autho-

re, *penes nos vnda tagi*; cum Enchiridio Phificæ restitutæ Authore, *spes mea in agno est*. In quibus Anagrammatismis nomen istud latet. Ioannes Spagnetus, qui præses erat Burdigalensis, fertur tamen ab eo opus istud non compositum esse, sed ab Equite Imperiali.

Semita recta. M S.

Anonimi quinque, de lapide,
De Concordantia,
De Principiis Naturæ.
De Metallis.
De Planetis, &c.

Elixiriorum varia compositio & modus cum veteribus Alchemiæ scriptoribus in fol. Basil. 1561.

Epistola vetus de Metallorum materia, & artis imitatione, ibid.

De Lapid. Philosophici formatione Epilogus, ibid.

Arcanum, vt ex Saturno facias aurum perfectum, ibid.

Caput de Sale Alchali, ibid. & in Theatro Chimico.

An Lapis valeat contra pestem, ibid.

Hist. de Argento in aurum verso, ibid.

Tractatus de Marchasita ex qua fit Elixir, ibid.

Anonimus Sarmata, de nouo lumine Chimico, malè Michaëli Sendiuogio tribu-

tum, cum adepti morte hæc ſcripta habuerit.

Fons Aquarum. M S.

M S. Rare, intitulé, trois liures des Elemens Chimiques, & Spagiriques, (dont vne partie a eſté corrompuë par Nuiſement, qui l'a faite imprimer à ſon nom, ſous le titre du Sel du Monde,) ex Muſæo Domini Lanouij Lutetiæ.

Liure merueilleux, contenant diuerſes Propheties, in 8. où il y a quelque choſe de Chimique.

Vltimæ Philoſophiæ ſecretum, M S.

L'Interruption du ſommeil cabaliſtique, ou deuoilement des Fables de l'antiquité, M S. ex Muſæo D. de Loberie, Lutetiæ.

Tractatus aliquot Chimici ſingulares ſummum Philoſophorum Arcanum continentes, nempe librum de principiis naturæ, & artis Chimicæ incerti, &c. cum Ferrarij, Belye, Treuiſani, Kellæi, & Dauſtenij opuſculis, 1647. Geiſmariæ, Typis Salomonis Schaderiis.

Quatuor tractatus de Chimia, ex Arabico Sermone.

Ludus, 7. Sapientum, de Aſtrei educatione (eſt autem hiſtoria ficta Parabolica) cum fig. cum priuil. Cæſareæ maieſtatis in 12.

Les auantures du Philoſophe inconnu, audi-

ui Authorem Abbatem Albertum Belinum vocari, Lutetiæ in 12.

Anonimi, 5. apud Rhenanum in Decad. de lapide.

De Concordantia Philoſophorum.

De Metallorum & Planetarum proprietate.

De Principiis Naturæ.

Et de lapide Philoſophorum, incipiens, Ariſtoteles inquit.

Figura M S. Anglica longiſſima, è multis membranis iunctis concinnata, in qua variæ ſunt artis Chimicæ figuræ, cum coloribus, Lutetiæ apud Franc. de Gerzan, D. du Soucy.

Chartula Lacerata, à Roſario fig. memorata.

Figurata compoſitio lapidis, ex Naſari.

Epiſtola cuiuſdam Pariſienſis, incipiens, Domine, ex Lagneo.

Verſus Hermetis, qui incipiunt, eſt Fons ſillimis.

De proceſſu Floris auri Norimbergici.

Via Sicca operis vniuerſalis, ſeu congeſtum Alchimicum in Suetia laboratum.

Stella perfectionis de lapide Sapientum.

Practica Leonis Viridis.

Arca Aperta.

Liber 12 aquarum M S. { ſari relatu.

Deſcriptio nobiliſſima operis Phil, ex Na-

Figures secrettes des Ægyptiens, tirées de la salle sousterraine du Roy Psammeticus, au labyrinthe de Meroë, mises par Aphagan & Abdemon Tiriens, en 30. figures. M S Lutetiæ extat.

Practica perfecta lapidis, seu Medicinæ Philosophorum triplici ordine, item α, & ω. MS.

Preparation de la pierre, & sa procedure, auec les figures. M. S,

Canones decem Francof. 1614 8. cum quibusdam aliis opusculis Chimicis.

Tractatus de Secretissimo antiquorum Philos. Arcano. Lipsiæ, 1610 8

De magni lapidis compositione, & operatione, in Theatri Chimici, vol. 3.

De Planetarum, metallorum, &c. Natura, & transmutatione, cum Decade prima, Hermanni Condeesyani.

De Lapide Philosophico liber præstantissimus, ibidem.

Concordia Philosophorum, ibid.

Ars Magica seu naturalis & artificiosa, stupendos effectus, & secreta Detegens, Francof. 1631. in 12.

Introductio in vitalem Philosophiam, Francof. 1623. 4.

Discours du Ferment. M S.

Ἑρμηνεία τῶν σημείων τῆς ἱερᾶς τέχνης, seu expositio signorum Chimicorum,

Extat Græcè. M S. apud D. Iohan. Elichmannum Med. Leidensem.

Lexicum Chimicum græcum, extat ibidem.

Historiola antiqua de argento in aurum verso, cum veræ Alchimiæ scriptoribus.

Tractatus de Marchasita, ibid.

Thesaurus Philosophiæ, ibid.

An lapis Philos. valeat contra pestem, ibid.

Epistola cuiusdam Patris ad Filium, Lugd. Bat. 1601. 8.

Tractatus Aureus de lapide Philosophico, in Musæo Hermetico.

Hydrolithus, seu Aquarius sapientum, ibid.

Via Veritatis, ibid.

Gloria mundi, seu Tabula Paradisi, ibid.

Tractatus de generatione metallorum, ibid.

Antiqui Philosophi Galli liber secreti maximi, in triga Chimica Barnaudi.

Tractatus de Philosophia metallorum, in Quadriga eiusdem.

Anonimi scriptum Elixir, ibid.

Tractatus, 7. de lapide, à Iusto à Balbian correcti, & Emendati, vbi de lapide Philosophorum.

De Minera Philosophica, ibidem.

Compendium vtile, ibid.

Tractatus paruus de Mercurio Philos. ibid.

In vitalem Philosophiam introductio de Mortis Astralibus, &c. in 4. Francof. 1627.

Argumenta collecta ex dictis Philosophorum contra dicentes, argentum viuum esse lapidem Philosophorum, ex Nasari.

De lapide Philosophorum incerti, cum supradicto à Balbian.

Innominati expositio Tabulæ Senioris.

Versus Magistrales Chimici.

Deuis Poëtique Chimique. M S.

Le Patenostre des Philosophes, M S.

Traité de la matiere ou nature des parties de la composition de la pierre, M S.

Arbre & abregé des Mysteres de la Grace & de la Nature, &c. 1646. 4.

Dispensatorium Chimicum, 8, Francof. 1626.

Incerti Canones decem.

Pulcherrimum opus de transmutatione, incipiens, ad Honorem.

Veræ Alchimiæ, artisque metallicæ, citra ænigmata, doctrina certusque modus, scriptis tũ nouis, tum veteribus, nunc primum, & fideliter maiori ex parte editis comprehensus, in fol. Basil. 1561.

Aqua aurea, Balsamum, & Oleum Nigrum, cum Alchemiæ scriptoribus 2. vol. 8.

Nouum lumen Chimicum, Regiomonti, 1614. in 12. & Coloniæ 1617. in 16. & Lutetiæ, 1608. in 12. apud Ruell.

Author Rythmorum Philosophicorum, ex Stolcio.

Liber secretorum veterum, & recentium Philosophorũ, M S manu Parochi Beiersdorpiani Henrici Erkoltzheim anno 1513 ante Paracelsum. continens, 37. modus auri conficiendi: factus autem fuit anno Christi 1301. ex Libauio.

Vv. R. Experimentum veræ confectionis Arcani Philosophorum lapidis, probatum est. Incipitque Enarratio Methodica trium Geberi Medicinarum, in quibus continetur vera lapidis confectio. Ex Musæo D. de Loberie, Paris.

De separatione Elementorum à Mineralibus, &c. incipiens, est Lapis vnus, &c. apud Eundem, M S.

Compendium Alchimiæ Breuissimum, incipiens, testatur ad Credendum, apud Eundem, M S.

Tractatus do Ouo Philos. Breuissimus, & de procreatione auis in ipso existentis, incipiens, ô Stulte Peregrine, apud eund. M S.

De occultato Spiritu in Sulfure & Arsenico; incipiens, cum quæris quid sit Spiritus, apud Eund.

Ignoti tractatus incipiens, omnis sapientia, à superna, ibid. vocatus, secreta secretorum Hermetis.

Idem de Trinitate.

Ignotus incipiens, in nomine sanctæ &

Author Ænigmatum Chimiæ, ex Eodem.
Summa Textualis, ex Eod.
Codex veritatis, ex Eod.
La lumiere des Philosophes, commençant, Tous les bons esprits.
Ærarium Philosophorum.
Speculum Alchimiæ secretorum, incipiens, cum gaudeant.
Speculum aliud incipiens, in nomine Domini.
Speculum Veritatis, incipiens, cum in omni Natura.
De Secretis naturæ, incipiens, Interrogationi vestræ.
Geomance Metallique, M S. Allemand, apud D. de Loberie.
Lumiere des Philosophes des abus qui se commettent en la grand œuure, & de sa confection. M S. apud Eundem.
Recepta duarum Lunarium. M S.
Carmina ignoti, incipientia, est Lapis in mundo, apud D. de Loberie, Lutetiæ.
Carmen Perpulchrum totam artem Enunclans, ibid.
Tinctura insignis, quam rex quidam dedit suo familiarissimo.
Dispositio lapidis Philosophorum, à Nasari citatur.
Le Trompete François, cité dans le Cheualier Imperial.

Apocalypſis Spiritus ſecreti, cum Comment. Londini.

Sapientia veterum, de lapide Philoſophorum, & cura morborum cum quadraginta figuris Hyerogliphicis, M S.

Collectio, de Rore, M S.

Breuiloquium Alchimiæ, M S.

Opus vtile, M S.

Artis Secretiſſimæ defenſio, & Prolegomena, cum veterib. Alchimiæ ſcriptorib. Baſil. fol. 1561.

Pulcherrimum opus de metal. tranſmut. ibid.

Veridica extractio ex libris Sapientum Alchim. M S.

Capitulum valdè magnum in Albed. ex lib. dicto, Philoſoph. mirabilis.

Des Inquiſiteurs de Philoſophie, M S.

Liure Chimique, où ſont les ſignes du Zodiaque.

Nuptiæ Chimicæ, Germanicè.

Anonimus, incipiens, Lapis Benedictus fit.

Philoſophiæ Chemicæ ſex vetuſtiſſima ſcripta.

Anonimus de generatione metallorum, in Muſæo Hermetico.

Opus Lapidum, M S.

Author ſplendoris Solis.

Aureliæ Philoſophorum liber.

Cymbali Aurei liber.

Author Rosarij Magni.
Ludus Puerorum.
Clangor Buccinæ.
Scala Philosophorum.
Apocalypsis Spiritus secreti, M S. ex Musæo D. la Nouij, Lutetiæ.
Disputatio Solis & Mercurii, cum lapide Philosophorum ab Anonim. apud Pet. Io. Fabrum, in Curru triumphali Antimonii, cum Eiusd. Fabri Notis.
Pansophiæ Clauis, vel Harmonia vniuersi.
Liure des Laueures d'vn Anonime, attribué à Flamel par quelques-vns, M S.
Anonimos alios vide, sub titulo Incertorum & materierum de quibus tractarunt.
Frater Anselmus, vide Lacinium.
Io. Antaruetus de Alchimia, Apologia pro Schola Parisiensi, ad Harueti, & Baucineti Crambem, Paris. 1604. 8.
Animaduersiones in Io. Antarueti Apologiam de Alchimia, Francof.
De Antimonio, Egerunt, Alex. A Suchten, Sala, Kernerus, Codronchus, Stenglius, Philologus, Toxites, Greuerus, Basilius Valentinus, Charterius, & alii multi.
Antonij de Parisio, Via Vilis, citatus à Nasari.
Antonius citatus ab Anonim. de Massa Solis.
Magister Antonius de lapide Philosophico, Rebis,

Rebis, & Regimine ignis, cum Rhenano.

Franc. Antonij Panacea, ſeu de auro potabili, 1598. & 1618. 8. Hamburg. Vide Ravvlinum.

Antonius de Florentia, Chimicus eſt, ex Combachio.

Antonij de Abbacia Epiſtolæ duæ de lapide Philoſophico, à Naſari memoratæ.

Aphricanus, Chimicus eſt.

Apion Grammaticus, de metallica Medicina ſcripſit, & ab eo Plinius multa accepit.

Apollonij de Polonia verbum abreuiatum, à Naſari pro Chimico citatum.

Petr. Aponenſis, de Apono, vel conciliator, in ſuo Aſtrolabio Plano, pro Chimico citatur.

Id. De differentiis Philoſophorum.

Apocalypſis Spiritus ſecreti, vide Agnellum.

Clauis Apocalyptica Mariæ Rante Angl. quæ auri facturam Breui Vulgarem futuram fore, vt pote anno 1661. promittit.

Apocalypſis, Diui Iohannis ex quibuſdam Chimicè interpretatur.

Apollonius, Chimicus eſt, ex Stolcio.

Apollonius Rhodius, de Argonaut. Expeditione, Græcus Poëta, Chimicus creditus.

Apuleius Græcus de Aſino Aureo, Chimicus, myſticus, exiſtimatus.

Aquarium, ſeu Hydrolithus ſapientum, in Muſæo Hermetico.

Liber Aquilæ, M S. Vide Portam Claudorum.

H. Aquilæ Thuringi Fragmenta à Combachio Edita Geiſmariæ, 1647. in 12. vide Anonimos.

Ioh. Aquinas, Chimicus.

Thomæ de Aquino liber Lilii Benedicti, in Theatro Chimico.

Eiuſd. Tractatus de Eſſe, & Eſſentia mineralium, ibid.

Eiuſd. Aurora, ſeu Aurea hora, cum Rhenano, & in Turba.

Id. De Eſſentiis Eſſentiarum, ex Naudæo.

Id. De arte Metallica, ex Eod.

Eiuſd. Explicatio Tabulæ Smaragdinæ.

Id. De Lapide Vegetabili, M S.

De Aqua Vitæ, ſcripſerunt Vlſtadius, Rupeſciſſa, Lullius, Beguinus, Drebel, Ripleus, Sauonarola, Sacroboſco, &c. Vide quintam Eſſentiam.

Aranus, ex Stolcio Chimicus eſt.

Arbor Aurea, cum P. Ioh. Fabri curru triumphali Antimonii Valentini, cum Eiuſd. Fabri notis.

De Secretiſſimo antiquorum Philoſophorum Arcano, 8. 1612.

Archanus Chimicus eſt, ex Anonimo de Maſſa Solis.

Archelaus Græcus Chimicus, ex Allegoriis Sapientum, & M S.

Archelai Turba, citata à Nasari.
Eiusd. Opus de Corporibus, ex Eodem.
Archimedis dicta Chimica.
Archimus, in Turba Gallica citatus. Idem Forsan cum Arkimio.
Arctorienes, Chimicus est, ex Anonimi libris tribus.
Ioh. Arcularius, pro Chimico citatus ab Ernesto.
Arda Discipulus Aristotelis Chimistæ, ex Stolcio.
Ardarius Chimicus.
Thom. Arfonsini responsio de Iure Alchimiæ, ex Ernesto.
Argonauticorum expeditio ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco.
Arislai de lapide Philosophico, in formam Dialogi, opus, cum Denario Med. Penoti, Bernæ, 1608. 8.
Arisleus Græcus, ex Treuisano, Chimicus, qui orbem, 16. annorum spatio gubernauit.
Eiusd. Distinctio, Chimica.
Arisleus Abladi filius, in arte Aurifera citatus.
Arisleus, in Turba Latina, Genitus Pythagoræ discipulus, (Forsan Legendum, Genuinus) ex discipulis Hermetis.
Eiusd. Practica Chimiæ.
Eiusd. Visio, & Ænigmata, in arte Aurifera,

Arifelus, Chimicus author. (idem Forſan cum præcedenti.)

Ariſtæus, Chimicus eſt, ex Turba, & Paſchalis Bibliotheca.

Ariſtanus, ex Naſari Chimicus eſt.

Ariſtus, ex Eodem.

Ariſthenis Hortus aureus, hic autem eſt Philoſophus Græcus.

Ariſtoteles, de Secretis Secretorum, ad Alexandrum Magnum.

Regles d'Ariſtote ſur l'œuure, M S.

De lapide Philoſophorum tractatus Ariſtotelis Alchimiſtæ ad Alexandrum, in Theatro Chimico.

Id. De perfecto Magiſterio, ibid. hic liber Raſi etiam tribuitur.

Eiuſdem Tractatulus, in arte Auriferа.

Eiuſd. Liber de Practica Lapidis, in 4.

Eiuſd. 70. Præcepta in Aurora conſurgente memorata.

Eiuſd. Meteoron liber, pro Chimico, à variis citatus authoribus, & à ſeipſo in Epiſtola ad Alexandrum.

Id. Ad Alexandrum, de natura Lapidum, &c.

Epiſtola Ad Alexandrum, de Conſeruatione corporis humani, cum Comment. Anonimi, M S. 8. ex Bibliotheca Bodleiana.

Eiuſd. Sphæra de 8. figuris lapid. Philoſ. ex Naſari.

Id. De Mutatione Naturæ, ex Eod.

Eiusd. Super additio Opt. & Perutilis, de Secretis Secretorum, ex Eodem.

Arkimius, in Turba Gallica.

Petrus Arlensis, de Metallorum sympathia cum Planetis Paris. 1610. 8.

Armani de Pistolia lib. Chimicus, ex Nasari.

Armerius, Chimicus Author.

Armenius Archiæ filius, in arte Aurifera citatus.

Armidæ Amores, Eroticus liber, à quibusdam Chimicè explicatur, præcipuè eius Palatium Magicum.

Armingandus, ex Lagneo Chimicus est.

Arnaldus de Villanoua, Medicus, qui Lullium artem conuertendi metalla edocuit ex Lacinio, cum eius argumentis victus rem Autopsia ei demonstrare coactus esset & detegere, cuius vita à Symphor. Campegio concinnata, extat cum operibus Arnald. Vill omnib. in fol. 1520 Lugd. est & Recentior editio, 1585. Vide Vvolfium.

Arnaldi de Villanoua, Villanouani, seu de Noua-villa, Rosarium Philosophorum, cum Vlstadio, in 16.

Eiusd. Tractatus de lapide Philosophorum, ibid.

Eiusd. Nouum Lumen, ibid.

Eiusd. Flos Florum, gaudium completum, seu Tractatus perfecti Magisterij, ibid.

Eiusd. Epistola ad Regem Neapolitanum,

& Electuarium quoddam, ibidem.

Eiusd. Lumen Luminum, seu Flos Florum, in Theatro Chimico.

Eiusd. Practica, seu Breuiarium ad quemdam Papam, ibid.

Eiusd. Carmen, ibid. Vide Accursium.

Eiusdem, Semita Semitæ, in arte Aurifera.

Eiusd. Speculum Alchimiæ, in Theatro Chimico.

Eiusd. Quæstiones Essentiales ad Bonifacium, 8. in Theatro.

Eiusd. Quæstiones accidentales, ibid. vide Senem Meridianum.

Eiusd. Liber Perfectionis Magisterij, seu Lumen Luminum.

Eiusd. Lib. de Sigillis.

Eiusd. Epistola Gallica, de sanguine humano, ad Iacobum Toletanum, in libro Secretorum Chimicorum Liebautij.

Eadem Epistola Latina, ad Iacobum de Toleto, vel Toletanum, cum arte operatiua Medica Lullii.

Succosa Carmina, Arnaldi, in libro Alchemiæ quam vocant. vol. 2. in 8. Vide Nehusium.

Id. De Spiritu vini, vino Antimonii, & Gemmarum viribus, &c. Argentinæ, 8. 1576.

Eiusd. Tractatus Parobolarum, ex Nasari.

Arnaldi Lucidarium, ex Eodem.

Eiusd. Liber Artis, ex Eod.

Eiusd. Aurea Rosa, prima, & secunda, ex Eodem.

Id. De Sublimatione Mercurii.

Eiusd. Epistola ad Robertum Regem.

Eiusd. Nouum Testamentum.

Eiusd. Rosarium, &c. Italicè, cum Nasari operibus.

Eiusd. Phænix, ad Regem Martinum Aragoniæ anno 1339. M S.

Eiusd. Tractatus ad Tol. Philosophum de maximo Secreto Medicinæ, ex Nasari.

Eiusdem Liber Chimicus, Idiomate Germanico.

Arnaldi Clauis scientiæ maioris cum figuris, M.S.

Eiusd. Opus Solis, MS.

Eiusd. Secretum, MS.

Eiusd. Rosa Nouella, prima, & secunda. MS.

Idem, De Secretis Naturæ, M.S.

Clef de la grande science de l'œuure Philosophique d'Arnaud de Villeneuue, auec les figures, MS.

Ioh. de Granna, in Paruum Rosarium Arnaldi Comment. MS.

Arnaldi de Villanoua, liber Efficax de arte nostra dignissimus.

Arnold. idem Forsan cum supradicto, vel sequenti.

Arnoldus Græcus, in Proœmio libri de Pomo; citatus ab Aristotele, de lapide Philos.

In Arnoldum Comment. Hortulani, ex Arturo Dee.

Arnolphus Author Chimicus.

Franc. Arnolphini Lucensis Epitome Alchimiæ, ex Nasari.

Eiusd. Opus de Lapid.

Aros ad Regē Meffohe scribēs, ex Treuisano.

Arsimeles, ex Nasari Chimicus est.

Ars Fœlix, & Secreta, ac naturalis Magia pro curandis metallis, ex Nasari.

Artis Discursus.

Arsianus, ex Stolcio. Vide Arsicanum.

Arras in Turba Philos.

Ars Aurifera, vol. 3. Antiquissimos, 48. Authores continens Chimicos, Basileæ, 1572. in 8. & Francof. apud Aubrios.

Arsicanus (Forsan Africanus) ad Mariam, ex Morieno.

Idem Forsan est cum Arsiano. Arsubres, Arsuberesque, idem Forsan.

L'Art de bien distiller & paruenir à l'or potable, in 16.

Artephius a fait le Secret liure de l'Art Occulte, & Transmutation Metallique, imprimé auec les Hyerogl. de Nicolas Flamel, Paris. 8. 1609 & 4.

Eiusd. Clauis Maioris sapientiæ, in Theatro Chimico & Francof. 1614. 8.

Eiusd. Liber Secretus.

Eiusd. Libellus de Characteribus Planetarum, Cantu, & motibus Auium, rerum præteritarum & futurarum lapidéque Philosophorum, ex Naudæo.

Idem de vita Proroganda, aitque se anno 1025. ætatis suæ scripsisse librum suum, ex Eod.

Eiusd. Speculum speculorum, incipiens, hoc Mirificum Opus. M S.

Artus Rex, libri 4. citati ab Aurora consurgente.

Artis Regis lib. de re Philosophica.

Artes Philosophus de Secretis naturæ, ex Nasari.

Arto-cophini Synthesis Phisico Chimico Medica 1621. Hanouiæ 4.

Arzoch, Chimicus liber.

Ascoli, vide Cieco.

Ascanus, Lilij.

Ascanius Chimicus, in desiderio Flamelli, & apud Albertum Magnum citatus, idem Forsan cum Astanio Turbæ.

Asfalia, à Seniore pro Chimico Laudatur.

Assaracus, ex coniugio de Massa Solis & Lunæ.

Assatos, ex Anonimo de Massa Solis.

Assiduus, ex Eodem.

Asrop. Vide Meridianum Senem.

Assotes, idem Forsan cum Assato.

Aſſuberes & Arſuberes & Arſubres, idem ſunt, mea ſententia, in Turba, & Anonimi lib. 3. citantur.

Arſuboſſes, in Turba Gallica.

Aſtamus, idem Forſan cum ſequentibus.

Aſtanus Chimicus, à Lagneo citatus.

Aſtani Sal vitæ, M S.

Aſtanius, in Turba Latina memoratus.

Aſtolimos, à Platone citatus.

Aſtratus, Author Chimicus.

Aſtronomia Inferior, ſeu variatio Planetarum terreſtrium, & Eorum motus.

Aſtufon de mineralibus Conſtellatis, à Cardano citatus.

Aſuarus, in Turba.

Atephimalef. cité au Code de toute verité, (c'eſt à dire, la Tourbe des Philoſophes,) ſelon le Treuiſan.

Athamius, ex Anonimo de Maſſa Solis, & Turba.

Athenagoras Græcus de Amoribus Græcè Scripſit, & eius liber extat.

Athenagoras, du vray & parfait amour, à Paris chez Michel Sonnius, 1599.

Eiuſdem, excerptum vide, in Harmoniæ Gallicæ Chimicæ Lagnei fine, in 8.

Athomus, idem Forſan cum Attamo, & Athamio.

Athonius, ſeu Anthonius, ex Hortulano.

Attamus, in Turba Latina.

Attamanus, ex Lilio, Forsan idem cum prædicto.

Auberti Vindonis, Epistola Conuiciatoria, de Ortu & causis metallorum, contra Chemistas. Lugd. 1576. 8. in Quercetanum de metallis.

Eiusd. Apologeticæ duæ responsiones ad Quercetanum, vbi Alchemiam esse Vanam ostenditur, Lugd. 1576. 8.

Audemari expositio Geberi, Domino Neapolioni.

Auerca, in Arislei visione citatus.

Auerroës, ex Seniore de Chemia scripsit.

Augusti Electoris Bauariæ Cementum regale, &c.

Artis Chemiæ principes, Auicenna, & Geber, quorum alter nunquam hactenus, Alter vero figuris Auctus prodit. Basileæ, 1572. 8.

Auicennæ, 9. distinctiones.

Eiusdem Porta Elementorum, liber Chimicus, Basil. 8. 1572.

Auicennæ seu Abohali, (id est Patris Hali,) ad Regem Hasem Epistola, de re recta, in Theatro Chimico.

Eiusdem, Lapidis Philosophici declaratio, Filio suo Albohali, ibid.

Eiusd. Lib. de Congelatione lapidum, & mineralibus, cum Clangore Buccinæ.

Eiusd. Epistola ad Hasten de Recia.

Idem, De Tincturis metallorum, Francof. 1530. 4.

Eiusd 8. Capitula, cum Clangore Buccinæ.

Auicennæ, aquæ Aureæ ad tingendum, 4 Spiritus sublimatos.

Aulphanes, en sa Pandecte, cité par le Treuisan.

Georgius Auracher Argentoratensis, ex Combachio Chimicus Author est.

Aurei Velleris tomi duo, Germanicè.

Aurelius Augurellus Ariminensis, de Chrysopæia Carminum libri 3. in Theatro Chimico, & cum Brachesco.

Idem, Antuerpiæ, Plant, 8, & alibi, vt cum Cosmopolitano, &c.

Idem Prosa Gallica, Lugd. 1548. in 32. sub titulo, la Facture de l'or.

Eiusdem, Vellus Aureum; Carmine Latino, cum Cosmopolit. Geneuæ, in 12.

Eiusdem Compendium Chrysopæiæ.

Id. Carmine Gallico, cum Hermetis, 7. cap. 8. Paris. 1626.

Eiusd. Compendium Paraphrasticum è Gallico translatum.

Les Aureoles Chimiques.

Aureolus, ex Lagnei Harmonia, Chimicus Author est.

Aureliæ Occultæ Philosophorum partes duæ, M. Georgio Beato Interprete, in Theatro Chimico.

Dialogus de Libello Aureo.

Aures Pamphilus Chimicus Author, ex Tabula Paradisi.

Andreæ auri fabri succini Historia, 1557. in 8. Regiomont.

Auriga benedictus, Germanicè.

De Auro Egerunt, Abr. è porta Leonis, Baccius, Sala, Kernerus, Amthor, Dulco, Caranta, Mylius, Picus, Maierus, Scotus, Vigenerus, &c.

Aurora consurgens, in arte Aurifera.

De auro potabili scripserunt, Blauen, Sala, Penotus, Caius, Hornius, Antonius, Mylius, Erastus, Raulynus, la Tourrete, Castagne, &c.

Ioh. Austri, Chimicus, ex Ludo puerorum.

Azaragus, Author Chimicus.

Azaratus, idem Forsan cum prædicto, & cum Aziraco, Azirito, & Achirato.

Azarme, in Turba Gallica citatus.

Azinaban, pro Chimico citatus ab Artephio, & Morieno.

Filius Azir, Chimista, ex Anonimo de Massa Solis.

Aziracus, citatus in Lilio Benedicto.

Aziritus, & Aziratus, citati pro Chimicis ab Anonimo de Massa Solis.

Azoth. Vide Kieserum.

Azoth, seu Ethelia, liber Chimicus.

Azoth, seu Aureliæ Occultæ Philosophorum

materiam primam, & decantatum illum lapidem Philosophorum, filiis Hermetis solidè explicantes, M. Georgio Beato Fr. Interprete, Francofurti, 4. 1613. apud Bringerum.

Ioh. Azothus, apud Libauium, qui eius in sui Syntagmatis parte secunda, in Apocalypsi Hermetica processum ponit.

B

BAcasser, & Bachaseus, pro Chimicis ab Hortulano citantur.

Rogerij Baconis Angli, Riplei Nepotis, vt patet ex Riplei scriptis liber de communibus ad omnia Naturalia, MS. in Anglia, apud D. Mayernum Turquet Med.

Eiusd Liber de Vtilitate Scientiarum, ad Clementem Papam, siue potius opus maius, MS. ibid.

Eiusd. Variæ considerationes, ad Eundem.

Idem, De Secretis Occultandis, & Reuelandis, &c. MS. ibid.

Eiusd. Speculum Alchimiæ, aliud ab eo, 7. capitulorum quod circumfertur.

Eiusd. Tres Epistolæ ad Guill. Parisiensem.

Eiusd. Speculum Alchimiæ 7. capitum Norimb, 4. 1614. & in Theatro Chimico.

Idem, Gallicè, à Delphinate versum.

Eiusd. Epistola de Secretis operibus Artis & naturæ, ac nullitate Magiæ, cum notis, in Theatro Chimico.

Eiusd. Forma Formarum, & Genus Generum, M S.

Idem, De l'admirable puissance de l'Art & de la Nature, où est traité de la pierre Philosophale, à Lyon, 1557. 8.

Eiusdem, Thesaurus Chimicus.

Eiusdem, Liber Chimicus, ad Cardinalem quemdam.

Idem, De Philosophorum lapide, ex Gesnero.

